Incipit prologus dni Rodberti abbatis de diuinis officiis per anni circulum.

E A Q V E . P E R A N N I . C I R C V L V M .
ordine constituto in diuinis aguntur
officiis. & attentū auditorē. ⁊ erudi
tū ut bene exponant expetunt uene
rabiliū scripturarū didascaliū atq;
symmisten. Altissimarū namq; sunt
signa rerū. & maxima queq; conti
nent celestiū sacramenta secretorum.
quoꝝ ad maiestatē contēplandam.
non nisi eruditus. ⁊ religiosus q̄sq̄m
aspirare idoneus est. Siq̄dē ab his
uiris ordinata. hec atq; in obsequium
dñi nr̄i ihū xp̄i. qui est caput eccl̄e
instituta sunt. qui sacramenta incarna
tionis natiuitatis. passionis. resurrectio
nis. ⁊ ascensionis ei⁹. & sublimit̄ intel
lexer̄t. & p̄dicare uoce. litt̄is. atq;
huiuscemodi signis fidelit̄ ⁊ sapienter
curauer̄t. Videlicet unitati sr̄ hoc
pacto benedictos filios noe. sem. ⁊ ia
phet. q̄ nuditatē patris ridente male
dicto cham. assūpto pallio. p⁹ dorsum
suū. reuerenti diligentia cōtexerūt.
N ā q̄d aliud noe de uinea sua. quā plan
tauit ipse inebriat⁹ dormiensq;. & in
tabernaculo suo nudat⁹. n̄ dnm xp̄m
p̄figurat. qui uineam suā quā de egypto
transtulit. ⁊ plantauit inebriatus ac
ceto penarū. sopit⁹ somno mortis. idē
habitu inuentus ut homo. palam
quod passibilis mortalisq; esset apparu
it. S; exeat & foris nunciet. eiūq; in
firmitatis arguat cham quod inter
p̄tatur calidus scilicet omnis heretic⁹
calens ad rixā ɔtentiosus. ⁊ impati
ens. Nam inclit⁹ sem. & dilatatus ia
phet. uidelicet catholici atq; ap̄lici
patres honesto sacramentoꝝ pallio ꝑꝑt̄
nos assūptam ornant & uenerantur
infirmitatē. & hoc p⁹t dorsū suū. q̄a
sane infirma illa tūsierūt. nec ea
p̄sentes ipsi uider̄t. Hec u̾ sacramenta
celebrare & causas eoꝝ non intellige.
quasi lingua loqui est. ⁊ interpretatio
nē nescire. Qui aūt lingua loquit̄
inq̄t ap̄ls. oret ut interpretet̄. Hoc int̄
sp̄ualia carismatū dona q̄b⁹ ecclīam
suā sp̄s scs̄ exornat. magis emulari
nos hortat̄ ut ꝓphetemus. idē ut ea
que sp̄u oramus aut psallim⁹. mentis
quoq; intelligentia capiam⁹. S; non
omnino quēadmodū si orem lingua.
sp̄s quidē mĕs orat. mens aūt sine
fructu est. ita de his q̄q; sentiendū ē.
Nam qui mysteria ut signa eccl̄e
fidelit̄ & pie frequentant. quāuis
causas eoꝝ scire non potuerint. n̄
tam sine fructu sunt. Ideo q̄ppe hec

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

instituta sunt, ut mira in secreta Dei quae a paucis possunt intelligi, pene ab omnibus possint agi. Et quod quia operando soli vident oculi, cetera membra quae non vident et tamen operantur sine fructu sunt. Sed unumquodque membrum suam dignitatem habet, pertinent autem oculi quae cetera ducunt et dirigunt. Igitur sacra misteriorum omnium opificem unum eundemque spiritum sanctum ut qui per sanctos patres haec ordinavit, eadem in sensibus nostris auctoritate scripturarum aperire dignetur gratia. Visum est autem hoc opusculum sic ordinari, ut primum ea quae pene cotidiana sunt, deinde quae certis temporibus et causis variantur digerantur, ipso adiuvante Christo, cuius pio sanguine universa terra purpurata est, cuius victoriis caelum floret, cuius mysteriis tempora insignita sunt, cuius memoria dies et horae ordinatae sunt. Illud a bonis omnibus huius studii meritum ut dignitas impetrare debebit, ut quamvis veteris cum suavitate vinum bibere assueti sint, nostra tamen musta despuenda non iudicent. Neque enim auctoritati veterum quemquam detrahimus, animalarum scilicet et aliorum, si quid forte scripserit de huiusmodi, sed licuit semperque licebit cuique dicere salva fide quod senserit. Primum quidem cotidianum nostrae servitutis pensum, videlicet septem diei horae, quas canonicas id est regulares dicimus, unde causas institutionis acceperint iam dicendum est.

De divinis officiis liber primus.

Septem canonicas horas diei non licet a quoquam qui in conspectu Dei vacuus et ingratus apparere noluerit negligenter praeteriri. Hae siquidem creatori nostro deferunt laudes et pro certis et magnis eius beneficiis quasi vectigales sunt gratiarum actiones. Sol namque verus et dies aeternus Christus duodecim habens horas spiritales et sempiterne secum stantes has VII horas temporaliter currentes clarissimis in se diei suae radiis illustravit atque dedicavit. Singularum rationes de thesauro scripturarum proferemus.

De prima.

Prima hora creatori nostro laudes referre debemus ante omnem curam corporis. Qua scilicet hora dominus noster iam conspuitus et illusus atque alapis caesus et adhuc opprobriis saturandus Pilato pro nobis ligatus astitit, itemque redivivus stans in littore cum in capta piscium aquibus retia rupta non sunt significasset ecclesiam qualis futura est in resurrectione mortuorum, mellitum cum septem discipulis cele